

- “*Oculi* satis ampli, ovati, laterales, sub insertione antennarum inferarum, (in mortuo) albicantes.
- “*Os* productum compressiusculum, anticum, labro tuberculoso corneo, *mandibulis* validis osseis, margine antico serrato.
- “*Maxillarum* par primum elongatum, apice tricuspidatum utrinque palpo triarticulato et basi lamina foliacea, apice ciliata. Par secundum inferum mento ampio geniculato, labio bifido utrinque palpo complanato triarticulato, apice obtuso ciliato.
- “*Segmentum* corporis primum latum, margine antico caput postico segmentum secundum excipiens, appendice scutiformi laterali exiguo, cuius paginæ internæ pedes primi paris inserti sunt compressi, molliusculi, palpiformes, quinquearticulati, articulis (basali femore excepto) unispinosis, terminali ciliato.
- “*Segmentum* secundum reliquias angustius, scuto lateralí ampliore fere quadrato, cuius paginæ internæ infixum par pedum secundum, qui structura prioribus similes omnium longissimi (quatuordecim lineas) quinquearticulati, antice complicandi et abscondendi inter membranam tenuem, a ventrali huius segmenti pagina tendentem, scutum magnitudine adæquantem.
- “*Segmenta* tertium quartumque æque lata, scutis lateralibus maximis, rotundatis, postice emarginatis, e quorum basi interna tendunt pedes, æque longi (decem lineas) antrorsum versi, quinquearticulati, unguiculo terminali instructi. Accedit ad singulum pedem a latere interno membrana tenuis, lanceolata, margine ciliis longis obsita.
- “*Segmenta* quintum, sextum et septimum eiusdem latitudinis, pedes gerunt retrorsum versos quasi saltatorios, præcedentibus vix longiores, inter se æquales, scuto amplissimo triarticulato innatos, ut cuiusvis scuti articulum dignoscas femoralem, tibialem et tarsi. Inde femur, tibia, tarsus vere alati. Non nisi extimus singuli pedis articulus cum unguicolo liber emergit. Par quintum intus membrana linearis.
- “*Segmenta* octavum, nonum et decimum latissima postremum antice gibbum, pro incurvanda cauda, subtus gerunt appendices natatorios, singulum binos bifidos satis elongatos. Horum quoque margo lateralis foliaceus, protenus sed cum parte dorsali connatus, haud articulo iunctus uti priorum.
- “*Segmenta* undecimum, duo-decimum, decimum tertium incurvata, vix erigenda, sensim angustiora laminas caudales gerunt corneas, rigidas, biarticulatas, bifidas sex, quibus accedit septima intermedia, minuta, duplex e parte dorsali postremi segmenti oriens. Segmentum undecimum medio impressum quasi bituberculatum.
- “Color speciminis nostri fere carneus.
- “Unicum quod ex itinere retuli specimen a Procellaria glaciali, hamulo capta vomitu electum est, quum ictu lethali in occiput percussa esset. Testa animalculi vix nisi forte apice antennarum læsa, sed quasi inanis non nisi adipe oleoso, piscini illius odoris tota repleta. Celerrimam igitur mutationem omnia ingesta vel tegumentis solidioribus inclusa in his avibus subire videntur.”
- It would seem fair to accredit these two very interesting species to Lichtenstein, since Mandt expressly acknowledges his indebtedness to that professor for the descriptions just as they are here given. *Gammarus gryllus* was redescribed by Milne-Edwards in 1848 as a new species under the name *Lysianassa magellanica*.

1822. RISSO, A.

Mémoire Sur quelques nouveaux Crustacés observés dans la mer de Nice.
Journal de Physique, de Chimie et d'Histoire Naturelle. Tome XCV. Octobre. An
1822. pp. 241–248.

The new genus *Phrosina* is thus defined:—“Deux antennes à peine apparentes; yeux sessiles; tête prolongée sur le devant en forme de museau; mandibules palpigères; corps oblong,